



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Titvlvs XXIV. De Clerico Venatore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## TITVLVS XIV.

## DE DELICTIS PUERORUM.

Quod pueri siue impuberes ob delicta puniantur quidem, sed mitiore pœnâ quàm majores, ex titulo hoc patet, quam mitiorem pœnâ rationem etiam ad minores 25, annis extendunt communiter AA. ob defectum maturi fatis iudicii: & hinc regula juris, 108. ff. dicit, in omnibus ferè pœnalibus iudiciis & aetati, & imprudentia succurritur:

neque pater ratione delicti à filio impubere commissi conveniri, aut puniri, multâ etiam pecuniariâ potest cap. referente 2. h. 2. (nisi fortassis ex delicto filij lo. upletior factus fuisset pater, quo in casu conveniri posset, in quantum locupletior factus est.) cum bona patris non sint pro delicto filij obliganda.

## TITVLVS XXIII.

## DE CLERICO VENATORE.

Clericis prohibitum esse sub certis pœnis, canes, accipitres, aut talia ad venandum conducentia habere ex cap. 1. h. 2. patet, & in cap. 2. venationes, & silvaticas vagationes cum canibus, falconibus, &c. (si scilicet cum tumultu, seu magno strepitu armorum, clamore canum, & frequenter hoc fiat) prohibitum esse Clericis statuitur: quâ prohibitionem etiam Tridentinum sess. 24. cap. 12. de reform. renovavit, eò quòd Clericorum statum, & professionem, hæc

talìa, multùm à rebus Ecclesiasticis avocantia, non deceant. Moderatæ tamen venationes, si sine tali strepitu instituantur, solius etiam recreationis causâ. & non nimium sint frequentes, non prohibentur Clericis. De pœnis tamen prohibitarum talium venationum videatur Bernardinus Diaz in sua practica criminali, cum non tantùm hæc pœnæ, sed lex etiam venationem prohibens, hodiernâ consuetudine videatur abrogata.



Hbb bb 3

TITV.